Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mas

48

sup rotam, et dissipatus est vas qd ipse fiebat e luto manibus suis
Conuersusq; fecit illud vas alterum sicut placuerat in oculis eius ut faceret
Et factum est uerbum dni ad me dicens Nuqt sicut figulus iste non
potero facere uobis domus israhel aut dns. Ecce sicut lutum in manu
figuli sic vos in manu mea domus israhel Repente loqr adversus
gentem et adversus regnum ut eradicem et destruam et disperdam illud Si
pniam egerit gens illa a malo suo qs loquutus sum adversus eam, agam
et ego penitentiam super malo qd cogitauerim ut faciam ei Et subito loqr
de gente et regno ut edificem et plantem illud Si fecerit malum in oculis
meis et no audiat vocem meam, pniam agam et ego super bono qd loqu
tus sum ut faciam ei Nunc ergo dic viro Juda et hnitibus jerusalem
dicens hec dicit dns Ecce ego fingo contra vos malum et cogito con
tra vos cogitationem Reuertatur unusquisq; a via sua mala et dirigite
vias vestras et studia vestra Qui dixerunt desperauimus post cogi
tationes enim nostras ibimus et unusquisq; pruitatem cordis sui mali
faciemus Idcirco hec dicit dns Interrogate gentes qs audiuit talia
mala horribilia q fecit nimis virgo israhel Nuqt deseret de
petra agri niue Libanum aut euelli possunt aque erupentes frigide
et defluentes, q obliti sunt mei ppls meus frustra libauerunt et ipsi
fecerunt in viis suis in semitis seculi ut ambularent per eas in tramite
non trito, ut fierent terra eorum in desolationem et in sibilum sempiternum.
Omnis qui pertransierit per eam obstupescet et mouebit capite suum Sicut
ventus urens dispergam eos coram inimico, dorsum et non faciem os
tendam eis in die perditionis eorum, Et dixerunt Venite et cogitemus
contra jeremia cogitationes No enim peribit lex a sacerdote, nec consilium
a sapiente nec sermo a propheta Venite et percutiamus eum lingua
et no attendamus ad uniuersos sermones eius Attende dne ad
me et audi vocem aduersariorum meorum Nuqt reddi pro bono malum
q fodierunt foueam animae mee. Recordare, q stauerim in conspectu tuo
ut loquerer pro eis bonum et auertere indignationem tuam ab eis
Propterea da filios eorum in fame et deduc eos in manus gladii
Fiant uxores eorum absq; liberis et uidue, et viri earum interficiantur
morte. Juuenes eorum confodiantur gladio in plio, audiatur clamor
de domibus eorum Adducas enim super eos latrones repentinos, q fodierunt